

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rei rvsticae libri qvatvor

Heresbach, Conrad

[Spira Nemetum?, 1603

Aprili

[urn:nbn:de:bsz:31-138693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138693)

APRILI.

Trimestria adhuc seruntur frumenta, ac semina, leguminaque, præter pisa, cælo sereno, locis & temporibus frigidioribus.

Faginum triticum seritur, atque sporia, semini ferendo. Seruntur adhuc, si sic ferat temporis, & aëris temperatura, sinapium, anethum, aliæq; planta.

Vineam, priusquam floreat, fodere oportet. Colum.

Lupulorum perticæ ponuntur alicubi, sed non est præproperè lupulus eliciendus.

Seritur brassica plenilunio.

Plantantur etiam fraga, & similia quædam, ut in Martio, pro cæli constitutione.

Isatis seritur, circa festum Pascha, vulgi observatione. Vide lib. 2.

Linum & Cannabis seruntur, etsi cannabis circa VIII. Calend. Maij apud nos seri consuevit non infeliciter. Palladius in uno pede quadrato sex grana ponenda tradit: nostri densius serunt utiliter. Pallad. 278.

Colum. 146.

Piscatio institui solet, ubi eius usus.

Piscium seminaria viuariis immittuntur & piscinis.

Bones ad saginam in pascua mittendi cōparantur.

Equarum & hoc & sequenti mense fit admissura; ita ad sequentis anni Maium fetus pascuis aluntur, nam duodecim mensibus partum fert equa.

Castrantur agni, porcelli, vituli.

Vie & itinera hoc tempore reficienda.

Aggeres, molesque aduersus exundationes ponantur.

Mensis rapacea hoc aliquando mense, alias Maio.

Seritur, rapacea sublata, saginum triticum.

Ouium tonsyraiis locis, vbi bis tondentur.

Apes hoc mense querenda locis apricis: iam enim prouolant, prouocantibus arborū, rapacique floribus.

Apum cura hoc tempore maximè incumbit.

Cauendum, ne post hyberna ieiunia tithymali aut Ulmi floribus qui iam erumpunt, auidius appetitis citam aluum contrahant: Remedijs igitur huic noxa occurrendum.

MAIO.

Equa cum p
lique animal
Equarum a
mestis alicu
Apium hoc
Botryum
Area hoc m
mmode; na
ntur, &
ntur.
Parietes o
Tecta vi
Argilla
Lateres
Onium a
111. Cal
& Columella
uis. At n
nant, &
lois quibus
Augustum
Herbis in
vaccis segete
Etiam n
quorum.